



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Pactis. Titvlvs XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

nam, vel offensam emendet, aliquatenus attenditur. Neque tunc etiam, si emendam inde habuerint, vel per eos ceteri, quò minus habent competentem. Si autem permixtis servatis, capitulum, collegium, vel conventus alicuius ecclesie ad cessationem eandem duxerint procedendum: erunt intra unius mensis spacium pars ultra que, videlicet ii qui cessant, & illi etiam propter quom factum à divinis cessatur (nisi superveniente concordia inter eos, cessatio illa cesset) iter arripiant, per se, vel per procuratores idoneos, cum munimentis & actis ad negotium ipsum spectantibus, ad sedem Apostolicam veniendi: & continuatis diebus, quam cito commode poterint, se Apostolice conspectui representent: ut partibus presentibus, aut una presentia, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud sedem eandem, pars que culpabilis inventa fuerit in permixtis, præter alias penas à dictis canonibus inflatas, si Romano Pontifici videbitur expedire, pena decetente cognoscatur quantum exceverit, que cessationi sine rationabiliter causam dedit: vel que sine rationabili & manifesta causa cessavit. Patet insuper à divinis utilitate, supra scripta b tam in cessando, quam in veniendo sive mittendo ad sedem Apostolicam non servate non servetur cessatio: sed ea non obstantia (ut prius) in ipsa ecclesia celebretur.

CAF. IX.

*Item pñi constitutum de bonis dignitatum vel ecclesiarum vacantium, non occupanda per eos, ad quos nullatenus, vel custodia pertinet: nisi de specialis iure ad ea competat, & contrafacientibus penas imponat. Secundo ostendit, de quibus bonis intelligatur, cum de specialis iure ad alios competat. Tertio docet, quia sepe, sup. ost. bon. de illis dicit non esse correctam. Ioan. And.*

Idem.

Presenti prohibemus edito, ne Episcopi, vel eorum superiores aut Abbates, seu quivis alii, vel eorum inferiores, parochiani, aut ecclesiastice quæcumque persona, vacantibus dignitatibus, personaribus, prioratibus, vel ecclesiis quibuslibet, sibi subiectis, seu ad collationem, ordinationem, presentationem, vel custodiam pertinentibus, eorumdem bona (norieuribus eorum rectoribus, vel ministris) in ipsis inventa, si vacacionis ipsorum tempore convenientia, que in utilitatem eorumdem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter referant, occupare, aut in usus suos convertere quomodo presumant: Nisi de speciali privilegio, vel consuetudine iam præscripta legitime, seu alia causa rationabili, hoc eisdem competere dignoscatur.

Aliaque Episcopi & eorum superiores ab ingressu ecclesie, ceteri vero ab officio & beneficio tandiu eorum suspensio, quouque restitutionem fecerint de prædictis. Forto ubi ex privilegio vel consuetudine assent bona competere supradicta: hoc de illis bonis solum debet intelligi, que solutis debitis, si qua sunt, & iis, que fuerint necessaria pro servitoribus & ministris ac incumbendis oneribus usque ad novos reditus supportandis, congruè reservatis, ex ipsis reperta fuerint superesse. Sane constitutionem, quam superius specialiter edidimus, contra capitula, collegia, conventus seu singulares personas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiarum ecclesiarum vacantium occupantes, per constitutionem præsentem (quam in dignitatibus, personaribus, prioratibus, & ecclesiis alius locum habere censuimus) nonolum in aliquo derogari.

a. al. scriptis. b. al. supradicta.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

TITVLVS XVII.

CAF. I.

*Capitulum, vel is, ad quem administratio pertinet vacante sede, eos ab his, que ab alio possit Episcopus si vocet, nisi à sede Apostolica id fuerit interdictum. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

Episcopali sede vacante, potest capitulum, seu is ad quem Episcopalis iurisdicchio tunc temporis noscitur pertinere, iis, quibus potest Episcopus si vivere, ab excommunicationis sententia, siue juris, siue hominis fuerit, ab solutionis beneficio impartiri. Nisi ei fuerit à sed. Apoll. specialiter interdicta potestas.

DE PACTIS.

TITVLVS XVIII.

CAF. I.

*Monachis habentes liberam à sede Apostolica sepulturam, si passim de non recipiendi aliquibus vel certis parochianis ecclesie alienis, servare compelluntur pactum: nec illos sepelire poterunt, nisi apud eos legitime sepelitis, cum per pactum privilegio renuncaverint. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

Adum cum rectore parochialis ecclesie factum à vobis, ne aliquos vel certos ipsius ecclesie parochianos recipiat ad ecclesiam sepulturam, omnino servare debetis. Quamquam sepultura libera sit monasterio vestro ab Apostolica sede indulta: & illi apud vos elegerint sepeliri.

Cum per dictum pactum indulto huiusmodi derogetur.

CAF. II.

*Patrum factum patri à filia dum tradebatur nuptus, quod dote contenta nullum habeat ad bona paterna regressum: si iuraverit id ipsa filia, omnino servare tenetur. Ioan. And.*

Idem.

Vanus b pactum patri factum à filia dum nupti tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis: si tamen iuramento non sit, nec dolo praestito firmatum fuerit ab eadem, omnino servari debet. Cum non vergat in detrimentum salutis dispensandum, nec redundet in alterius detrimentum.


CAF. III.

*Passa inita per fratres predicatores, vel minores vel alios mendicantes, cum rectoribus parochialium ecclesiarum super parochialibus iuribus, si facta sunt per priores vel guardianos de conventuum ipsorum locorum consensu, (loci auctoritas sed. Apostolica non intervenit, vel licentia prioris vel ministri generalis, aut magistri vel provincialis ministri, vel capituli provincialis) servanda sunt: dummodo alia sint licita & honesta. b. d. Ioan. And.*

Idem.

Via ex eo, quod fratres predicatores, & minores, & alii mendicantes, compositiones & pacta cum parochianis, capitulis, rectoribus & personis ecclesiarum, civitatum, castrorum, villarum & locorum, in quibus domus seu habitaciones eorum existunt, super iuribus parochialibus, vel aliis quibuscumque articulis ab eis vel eorum antecessoribus inita siue facta servare recusant, & ea eo prætextu infringere moluntur, quia magistri aut ministri, vel priores generalium seu provin-

<sup>a</sup> Vid. Antonium de Butris, cap. statim de translat. prelat. & Felinum in c. cum sit generale de foro compe. b Vid. Mart. de Assuetud. dec. 222. Preparatum consil. 100. Hippolytum Marfilium singulari 673. incip. nonnulla de presertim. Alexan. consil. 12. lib. 2. & consil. 42. lib. 1. & Iafon. consil. 12. vol. 4.





cialium eorundem non assensu in ipsis, nec approbata per ipsorum generalia, vel provincialia capitula existerent; multa in diversis mundi partibus insurgunt scandala a & ipsorum fratrum, quos decet puritatem omnimodam in suis observare actionibus & ab his obstitere propensius, per que possit aliis exempli perniciosi generari fama detrahitur plurimum & honori. Nos his occurrere paternam sollicitudinis studio intendentes, presenti decreto sancimus: compositiones & pacta hujusmodi cum pralatis, capitulis, & rectoribus, & personis predictis ab ipsorum fratrum conventibus, prioribus, seu guardianis facta vel approbata, de suorum conventuum consilio & assensu (dum tamen, alias sint licita & honesta) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta perpetuo inviolabiliter observari: non obstante, quod magistri vel ministri aut prioris generalium seu provincialium predictorum non intervenerit in eisdem assensu, nec ab ipsorum generalibus vel provincialibus capitulis existerint approbata: seu quod sedes Apostolica in iis, que per predictos fratres minores facta fuerint, auctoritatem suam non praestiterit vel assensum.

DE PROCURATORIBVS.  
TITVLVS XIX.

CAP. I.

Latus potest esse procurator ad agendum & defendendum in causis spiritualibus.

Bonifacius octavus.

**N**on indifferet iudex censetur egisse, procuratorem laicum ad agendum vel defendendum in causis spiritualibus admittendo. Cum regulantes qui non prohibetur expresse ad exercendum procuratoris officium, idoneus debeat reputari.

Procurator post litem contestatam potest dare alium procuratorem: ante non nisi datus fuerit in rem suam, vel a Domino habuerit mandatum de substituendo etiam non certam personam.

Licet autem a procuratore post litem contestatam ab eo possit (cum Domino sit litis effectus) dari alius procurator: antea tamen non potest nisi in rem suam sit datus: vel a Domino substituendi alium (etiam certa non expressa persona) sibi fuerit concessa potestas.

Procurator ad negotia, potest dare alium procuratorem libere & etiam quando doceret, h. d.

Procurator vero datus ad negotia, potest libere quandoque alium deputare.

CAP. II.

Procurator ante litem contestatam etiam sine causa revocari potest, post litem contestatam non, sine rationabili causa: Dominus tamen bene potest adesse causa cum ipso procuratore, maxime si de collusionem timeat.

Idem.

**Q**uamvis procurator possit ante litem contestatam etiam sine causa liberè à Domino revocari, postea tamen ipso nolente nequebit: nisi eum cum Domino inimicum fieri, vel suspectum, aut adversario affinitate conjungi, vel ejus heredem fieri, seu ingredi religionem, aut in longum peregrinari, vel aegritudine aut vinculis detineri contingat, seu alia rationabilis causa substat, propter quam sit meritò revocandus. Verum, quanquam (nisi ut premititur) revocari non possit, Dominus tamen sine causa una cum eodem procuratore

a. Vid. B. Thom. 2. 2. quest. 83. per totam questionem. b. In antiquis codicibus constanter legitur, alitimo. c. Dicitur, & dicitur in manuscriptis. d. Hic textus habet locum in postea factis commentariis. e. Pro hoc a. unde que tradit Iustinus consil. 17. incip. revocatur in dubio, velis. q. & Felinus in ca. ex parte Decani, extra de scriptis.

ratore (maximè si de collusionem timeat) non debet adesse.

CAP. III.

Procurator habens mandatum substituendi, substitutus post mandatum susceptum, etiam si eo alio negotio sit occupatus, nisi expressè fuerit revocatus, non potest ad plures causas, & in altera substituere, nisi expressè fuerit revocatus. Ioan. Ande.

Idem.

**I**s, qui à procuratore super hoc à Domino revocatus habente procurator exiterit substitutus, post mandatum susceptum, etiam si eo alio negotio sit occupatus, nisi expressè fuerit revocatus, non potest ad plures causas, & in altera substituere, nisi expressè fuerit revocatus. Ioan. Ande.

CAP. IV.

Procurator generalis non agit ex officio specialiter nisi cum aliqua litterarum specificatione, vel littera postea ad eum veniat.

Idem.

**Q**uia agendum & defendendum, & generaliter omnia (etiam si mandatum exigat speciale) substituitur procurator, ex vi generalitatis habendum aliquem articulum, in quo specialiter mandatum datur, admitti non debet. Sed si aliquando in articulis specialiter mandatum exigatur, tunc ad ea que ad ea sunt admissa generaliter, tunc ad ea que ad ea sunt admissa etiam admittitur. Procurator quoque ab hoc mandato jactamentum deferre, nungue, vel non potest: nisi ex bonum vel causa admittitur bene sit concessa.

CAP. V.

Mandatum generale ad negotia, etiam ad iudicia non datur.

Idem.

**Q**ui generaliter constituitur ad negotia, non potest agere ac experiri potest, a. exceptis his articulis mandatum exigunt speciale.

Potest si sine facultate esse procurator, etiam ad iudicia non datur.

Nedum vero ad negotia, sed etiam ad iudicia potest illius facultas abiq; patris assensu fieri procurator.

Major annis sex, ad iudicia, major sex: ad negotia potest procurator, h. d. Zen.

Licet autem quis post xvii. annum procurator negotia licite deputeur: ad iudicia tamen non nisi per annum fuerit deputatus nequebit.

CAP. VI.

Ex duobus procuratoribus simul simpliciter constitutus, unus admitti non debet. Si vero in solidum, qui per unum deest, admittitur altero retulit ex his: nisi ad plures causas non sit melior conditio occupantis: que casu altero non possit nec aliam substituere, reliquam admittatur, h. d.

Idem.

**S**i duo procuratores simul (non ad eodem, sed in solidum) deputerent, unus sine altero non deponeretur. Secus si sint in solidum constituti, sed unus deest.

a. De materiae totius procuratoris in causa. b. In i. mandata, G. mandata, & Joannes de Anagnino consil. 1. utrum presentibus. c. Paulus de Castro consil. 1. de mandata. d. In i. utrum. e. Vid. l. legata. multum, de lega. 1. f. In i. utrum. g. In i. utrum. h. In i. utrum. i. In i. utrum. j. In i. utrum. k. In i. utrum. l. In i. utrum. m. In i. utrum. n. In i. utrum. o. In i. utrum. p. In i. utrum. q. In i. utrum. r. In i. utrum. s. In i. utrum. t. In i. utrum. u. In i. utrum. v. In i. utrum. w. In i. utrum. x. In i. utrum. y. In i. utrum. z. In i. utrum.